

tionem, de qua in categoria τῶν πρὸς τι, sub nomine ἔξεως. Sic armatum esse, est habere arma. Hæredem esse, hoc est, habere hæreditatem: vestitum esse, hoc est, habere vestem. Res verò quæ habetur, & is qui habet ad hanc categoriam non pertinent: vt vestis, & qui habet vestem. Ac habes quidem ad rem, quæ habetur, refertur: vt mensura ad mēsuratum. Quare ad tertium genus relatorum referre par est.



ΤΑ ΜΕΤΑ ΤΑΣ ΚΑΤΗΓΟ-
ΕΙΑΣ non esse prætermittenda.

QUI Categorias tolli volunt è Dialectica, eo etiam argumento vtuntur, quòd τὰ μετὰ τὰς κατηγορίας nullo modo ad Dialecticum pertineant. Neque enim, aiunt, Dialectici est agere de oppositis, de contrariis: multò minùs de motu, cuius consideratio ad Physicum pertinet. Quoniam igitur sublatis τοῖς μετὰ τὰς κατηγορίας, tolli etiam categorias volunt: si licet ponere categorias: τὰ μετὰ τὰς κατηγορίας etià ponere licebit. At qui nos euicimus ponendas esse categorias ex lege κατὰ πάντος & κατ' αὐτό. Quod verò de motu afferunt, speciosum quidē est, sed tamen falsum, Dialecticum nullo modo debere de motu agere in categoriis. Nam si de contrario, etiam de motu licebit agere. Quum enim de vno contrario in alterum contrarium fit

Q. nē, vesperi. esse ἀπλῶς quod prædi

ed est genus tempore: ita loco quodā m est quan- oris ratione medio esse,

rum esse. n, vt dictum relationem, smodi sunt ὄνομα quæ us θέσεως, ic categoriā um esse: tri- o distare: ad a.

ione in mul interprete- aut sciētem d habet lon hic Habere d non intel uatenus ha tur ab habi tione